UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

Principem Rom. exornare clementiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63414

Visual Library

Chriſtianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos verò dementes væſanosq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiã ſuſtinere, Diuina primum vindicta, pòſt etiam motus animi noſtri, quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus, vltione plectendos.

Hæreticos & huius & futuri ſæculi pœnas incurrere.

Theodoſium Imp. hanc ſuæ fidei confeſsionem emiſiſſe ſimul atque baptizatus fuerit, ab Epiſcopo Theſſalonicenſi ſcribitur.

IVSTINIANVS IMP. IN L. 5. C. D. tit. De ſum. trinit. & fid. cath. &c.

CVm recta atq; irreprehenſibilis fides, quam prædicat ſancta Dei catholica & Apoſtolica Eccleſia, nullo modo innouationem recipiat, NOS SEQVENTES SANCTORVM APOSTOLORVM, ET EORVM, QVI POST EOS IN SANCTIS DEI ECCLESIIS CONVERSATI SVNT, DOGMATA, iuſtum fore exiſtimauimus, cunctis manifeſtum facere, qualiter de fide, quæ in nobis eſt, ſentiamus, inſiſtentes & adhærentes traditioni & confeſsioni ſanctæ Dei Eccleſiæ Catholicæ, &c.

Catholicam religionẽ nõ admittere innouationem.

His nota ſanctorum patrum ſcripta, Apoſtolicis æquiparari.

Iſtius autem Imperatoris confeſsio Catholica ſuo ſequetur loco.

IVSTINIAN. IMP. IN EDICTO DE FIDE Catholica ad populum Conſtantinopolitanum Conſtit. 132.

PRæcipuum ſummumq; omnibus hominibus bonum eſſe credimus rectam veræ & irreprehenſibilis Chriſtianæ fidei cõfeſsionem,

Recta fides ſummum bonum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in hoc, vt per omnia ipſa valentior reddatur, & omnes habitati orbis religioſiſsimi ſacerdotes ad concordiam copulentur, & vno ore rectam Chriſtianorum profiteantur ac prædicent fidem, & omnis ab hæreticis excogitata adimatur occaſio.

ARCADIVS ET HONORIVS IMPP. IN l. 1. Codicis Theodoſiani. tit. De religione lib. 16.

Iudicium religionis ſpectare ad Epiſcopos.

QVoties de religione agitur, Epiſcopos cõuenit iudicare: cæteras verò cauſas, quæ ad ordinarios cognitores, vel ad vſum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri.

HONORIVS ET THEODOSIVS IMPP. in l. 2. Cod. Theodoſ. eod. tit.

Traditionem patrũ eſſe obſeruandam.

EA, quę circa Catholicam fidem, vel ordinauit antiquitas, vel parentum noſtrorũ authoritas religioſa conſtituit, nouella ſuperſtitione remota, integra & inuiolata cuſtodire præcipimus.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTHENTICO de Monach §. hinc autem &c.

Catholicos omnes in Chriſto vnum eſſe.

QVantum ad Dei cultum non eſt maſculus neq; fœmina, neq; liber, neque ſeruus, omnes enim in Chriſto vnam mercedem percipimus.

AD PVBLICA OFFICIA NON ADMITTI DEBERE NISI CATHOLICOS.

IVdices, Catholicæ religionis eſſe debere, ſtrictiſſimum iuramentum, quod antiquitus apud Chriſtianos,